



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. CXCIII. Fanan. fideicommissi. De legitimatione, seu probatione
identitatis personæ agentis ad fideicommissum, an sit necne de genere
vocato; Et præsertim crica qualitatem legitimi & naturalis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

Præsertim in compendio Atque generaliter vacabilia dicuntur continere incertam aleam, cuius ratione percipiatur longè major fractus, qui ita dicitur fors principalis minutatim in singulos annos vel tempora repetita, ex iis qua de censibus vitalitatis habentur apud Leotar. de usuris quæst. 49. & in sua materia sub tit. de censibus post eundem titulum de usuris, ac etiam in proposito Locorum Montium vocabulium habentur sub tit. de Regalibus discut. 35. Iggit periculum negotiorum quomodocumque sequatur, quovis illa est voluntaria, debet esse hæreditis, dum illius etiam est lucrum & augmentum juxta distinctionem, de qua disc. præced. Et consequenter dicbam quod hæres gravatus in isto casu reintegrare debet hæreditatem de hujusmodi societatum sorte, non tanquam exigenda, sed tanquam jam exacta ob implicitam exactiōnem ex dicta novatione resultantem, ac propterea extranea remanebat conclusio, cui resolutiones innituntur.

Hinc proinde prædictatum altiarum causarum occasione, præsertim in dicta Romana fideicommissi de Marianis disputata in Rota coram Albergato, tentata dicta theoria, de qua disc. præced. quod juxta regulam secundum naturam, &c. ejus debet esse lucrum, cuius est damnum, & econverso; Observabam quod ubi ipsarum Societatum à defuncto contratarum, seu officiorum vocabulium, aliorumque vitalium juriū in hæreditate remansorum periculum est hæreditatis, quod ejusdem etiam commendo cedere debent, non autem hæreditis fructus excessivi, qui ratione hujus periculi tanquam pars fortis percipiuntur juxta ea quæ ponderantur dicto disc. 35. sub tit. de Regal. Verum hæc judicata fuerunt Advocatorum ratio[n]ia, eo quia testator non mandando distractionem, ita voluit hæc jura sub jacere eidem fortunæ, quibus mobilia ut supra.

Secundus punctus, quæ felicet essent bona modici valoris deinceps infra, non cadentia sub fideicommisso, quamvis videatur puri facti, advertebam tamen habere mixturam juriis circa modum secernendi hujusmodi bona, spectando magis substantiam verisimilis voluntatis, quam figuram verborum prudentis iudicis arbitrio, nam etiam inter mobilia pretiosissima, quæ pro nobilitate aularum ornamento retinentur, adiungit ea, quæ singulariter & distinctè considerata sunt nimis modici valoris, sed attendi debeant simul juncta, spectato ipso corpore ornamenti unius aulae, vel domus; Ut ei g. habemus in tabulis pictis, quæ retinehent ad ornatum aliquas mansiones, vulgo gallaria nuncupatas, quod si attendatur quilibet tabula de per se, plures adiungunt infra dictum valorem, & tamen incongruum est dicere, quod venirent sub hujusmodi dispositione, dum attendi debet ipsa universitas; Ita pariter de sedibus in aula existentibus, quinimò etiam de gemmis ac vasis aureis & argenteis cum similibus, ideoque verè ac propriè hujusmodi dipositio congruere videatur illis supelleculib[us] ignobilibus, ac inferioribus, quæ usibus manuilib[us] domus destinata, non solent comparari in patrimonio, eaque dederit exponi veritatem, ut dictum est, prudentis iudicis arbitrio, regulando etiam ex iudicio & relationibus peritorum juxta communem usum.

Super tertio puncto estimandi valorem mobiliū, quæ utpote non extantia vel non exhibita, peritorum oculis subjici non poterunt, nimis insistebant scribentes in contrarium in eo quod asserti non potest id quod non videatur ex deductis per Cyriac. controv. 61. num. 4. Bertazzol. cons. civil. 109. num. 36. & sequent. Orthobon. decif. 109. num. II. Cardin. Luca de Fideicom.

& 12. Rot. decif. 253. num. 19. par. 4. rec. tom. 2. & pluries; Verum ista difficultas de tempore hujusmodi disputationum jam lopta fuerat, dum in Romana hæreditatis coram Celsō inter suas decif. 355. & in eadem 23. Ianij 1662. coram Ninot. de qua sub tit. de Regal. disc. I. fundate quidem ac rationabiliter firmata fuit ista praxis, quoniam ubi adeat inventarium, in quo distincte descripta sunt bona juxta eorum species & qualitates, tunc rectè judicium peritorum in erponi potest latere in eo quod est verisimile, quod est attendendum; Potissimum vero ubi deficientia bonorum provenit ex facto, & culpa ipsius hæreditis, qui distraxit præter legem à testatore præcipitam seu alias ea non exhibet, nam ita reportaret alijs commodum ex delicto, atque posset quilibet occultando bona, impossibilem reddere probationem valoris quod admittendum non est; Quinimò iste modus benignior pro ipso occultante seu distrahente videtur, cum alias resultante impossibilitate probationis ex facto suo, intrare debet jutamentum in item juxta ea quæ de hoc juramento habentur plures sub tit. de iudiciis, ac etiam sub tit. de Hærede, & Hæreditate & occasione agendi de puncto, an hæres, qui inventarium non fecit, illius beneficio privetur, eo quia bona mobilis, quæ distracta sunt, & non extant, ita distinctè non describerit in inventario, quod ista praxis adhiberi possit, & quomodo tunc, præserit gemmae tabulae pictæ, ac vasæ aurea, & argentea in redditione rationum estimari possint vel debent, de quo præsertim sub dicto tit. de hærede habetur actum in eadem Romana censu seu fideicommissi de qua supra disc. 118. & in Romana hæreditati de Columna.

Circa quartum punctum fructuum debendorum loco damnorum, & interesse processum fuit cum iis quæ in hoc proposito cumuli fructuum, & multiplici habent supra in Pisauræ fidei. de Oliverie disc. 189. & in aliis ibi proximis, restringendo tamen hujusmodi onus ad pretium gemmarum aliorumque mobilium, cum de ipsis investimento tantum testator loqueretur, unde propterea pecunia obveta ex nominibus debitorum vel censibus extinguitis, remanebat tanquam calus omissus sub dispositione juris, non obligante ad hujusmodi investimentum; Alia vero plura sub his disputationibus cadentia consistebant in nudo facto.

FANEN. FIDEICOMMISSI

PRO

FRANCISCO

CVI

VINCENTIO DE DURANTIBUS

Casus disputatus coram A. C. & in Rota,
& variè decisus ut infra.

De legitimations, seu probatione
identitatis personæ agentis ad fi-
deicom-

Pp. 1

DE FIDEICOMMISSIS

.dicommissum, an sit necnē de genere vocato; Et prælertim circa qualitatem legitimi & naturalis, An & quando per actorem sit concludenter probanda, Et an sit persona vera, vel supposita, Et remissivē de puncto, An bona pro dote à fideicommissio extracta in vim auth. res que Cod. commun. de legat. resoluto jure dotis, ac re-deuntia ad ipsummet gravatum, reincident necne in fideicommissu.

SUMMARIUM.

- 1 Fatti series.
- 2 Resolutio puncti de quo in presenti.
- 3 Bona extracta à fideicommissio in vim auth. res, quæ non reincident in fideicommissum etiam sive alio titulo redeant ad gravatum.
- 4 Confessio gravati non prajudicat, quod bona sit fideicommissaria, si verè non sint talia.
- 5 De eadē conclusione, de qua num. 3.
- 6 De casibus suppositionis personarum.
- 7 De probatione filiationis legitima ex parte patris.
- 8 Natus in matrimonio censetur legitimus.
- 9 Probatur ex assertione patris in testamento, & insinuatione hereditis.
- 10 An ex fide baptismatis & de aliis administris.
- 11 Vbi de filiatione agitur incidenter ad effectum successionis sufficit minus perfecta probatio.
- 12 Probatis nomine, cognomine & patria præsumitur persona identitas, quia non præsumitur pluralitas vel suppositio personarum.
- 13 De administris comprobantibus identitatem personæ.
- 14 De mandato presumpcio ex scriptura productis.
- 15 Quando intret difficultas circa suppositionem personæ, & quid gestum sit de eo, qui se supponebat Regem Sebastianum.
- 16 Agens ad fideicommissum tenetur legitimare ejus personam, ac probare qualitatem ad id necessariam legitimæ procreationis.
- 17 An probata filiatione, vel descendenter præsumatur qualitas legitimatis.
- 18 Probatio presumpciva non admittitur, ubi est fundatum actoris.
- 19 De conclusione de qua num. 17, ut actor teneatur etiam probare qualitatem legitimatis, an procedat in antiquis.

DISC. CXCIII.

- 1 Ordinato in ejus bonis fideicommisso descendivo & perpetuo per Pompeum de Duranibus Fanensem; Cum ex Francisco filio ac primo herede superstites fuissent Vincentius & Camillus, iste vero ob quoddam delictum à patria exul, Regnum Cretæ appellando in Civitate Rethimi copiarum Dux uxore ducta ad breve tempus obierit, superstitio Franciso filio infante, factus iste adultus, atque certioratus à matre, ac à memoris & notulis per patrem relictis de patria originaria, in itinere ut ad istam accederet, in Turcarum seruitutem incidit, à qua post decennium liberatus ob libertatem à domino ex diligentí servitio sibi clavigitam, dictamque

patriam adeundo, coram A. C. judicium infra contra Vincentium patrum, ac possessorum bonorum pro vindicatione sua postea vim aviti fideicommissi, obtentaque fementis rabili, atque introducta per appellationem ad Rotam coram Zarata, in hoc Tribunal ad eum fuit de detractionibus ex parte Vincentii venti oppositis circa aliqua bona à fideicommisso extracta pro dotandis aliquibus quædam detractionibus in vim auth. res que, & que bona ex diversis ad ejusdem Vincentii manus redirent, scilicet reincident necne in fideicommissum, quo puncto negativa prodit resolutio ipsa, Decembri 1614, confirmata 21. Ianuarii 1615, coram Zarata, ac etiam 23. Maij 1616. Et, locis illis ram Taja subrogato, & in quibus deserviuntur etiam de diversis punctis in facto magis quam iure consistentibus.

Quoverā ad ea quæ juris sunt, agitur de fideicommissis factis per hæredem gravatum, quæ bona spectarent ad fideicommissum, ibi præcepit dictam que pertinentiam prober, si veritas existat, ac decidit negative ex his, quæ super puncto habentur in dicto proxime sequenti. Et si alio puncto, an bona in vim auth. res quæ sunt in fideicommisso in illud reincident, si etiam probati deveniant, habetur actum sub ita de determinati dicto auth. res que dicto, 145, & in dicto.

In primis igitur disputationibus habentur A. C. cum fideicommissum esset literale, ac certa esset identitas aliorum bonorum, exterratis ut supra, tota rei conventus defensio ostebat super negata legitimatione per sonum quod scilicet non bene probaret, et effigie sumptum & naturalem Camilli, quodquidem hujusmodi filatio bene probata esset, adhuc non justificaretur, an ipse actor, qui libenter Francisci filii Camilli judicium instigans Franciscus, vel potius persona supposita, in hoc eodem saeculo de recenti in Curia circu ma tempora Pontificatus Vrb VIII, consilieberrimus casus cuiusdam, qui sedebat ante Cafalem nobilem Bononiensem à multis annis putatum mortuum in bello; Ac etiam facilius cederet in Civitate Neapolis contigiliter certificari, qui se supponebat Sebastianum Regem Puglia pariter reputatum mortuum in bello, & in calu agit Apont. de potest. Prorog. in ultima pars generali de diversis provisionibus it. de Insigniis & armis. Et quicrum uterque cum dem finem habent intendi in trietribus, & qui causas occidendi derunt ex historicis exquirendi antiquioribus Iaphchi seu Antigoni & similes; Hinc proinde cum satis docto & accurato judice magna deceptio fuerit disputationes, quarum occasio agitura veritate, idem reus seu ejus defensor in hoc puncto acquieverunt, dum protegendo fam appellatio in Rota, eo denique intetur solū super separatione bonorum ut separatrix, Atque mihi pro actore fons, credendo etiam ad solam veritatem, videbatur huiusmodi probacionem identitatis persona sufficiere concurrere.

Distinguendo siquidem punctum filiationis illo veritatis, vel respectivæ suppositionis personæ; Quatenus pertinet ad primum, iuxta etiam filiationis probatione habentur super in Romam de Victoria. & in altera Bononiæ, de Nigra

DISCURSUS CXCI.

45

deu Blanchis *disc.* 68. & 69. &c. in aliis, quando agitur de probatione filiationis quoad patrem, impossibile est dare illam omnino certam, ac perfectam probationem, quæ dari potest in matre, ideoque receptum est, admittendas esse probationes præsumptivas & conjecturales ad probabilitatem gradum ascendentis; Clarius verò ad facilius ubi non agitur de probatione naturali tantum juxta aliás proxime infinitas causas, quo casu proceditur cum recepta distinctione, an agatur de præjudicio ipsius patris aliquem agnoscens in filium, vel in præjudicio tertii ex iibi deducit, sed agitur de probatione filiationis legitimæ, quia nempe probetur quis procreatus ex muliere, quæ esset aliquis uxor, quoniam rursum non probato cōtrario, intrat præsumptio quod censetur filius ejus, qui est vir ad text. in l. Miles defuncto ff. ad l. Iul. de adulter. cum concordan. plenè apud Surd. decif. 83. Merlin decif. 716 repetit. decif. 597. pars 5. rea. Et nihilominus etiam quoad filiationem naturalē tantum admittuntur presumptions & conjecturae similiū jungendae cum regula, ut singula oua non profund &c. ut d. dise. 68. & seq.

In hac verò f. & t. specie concurrebant, Primo te-
stamentum ejusdem Camilli, in quo vocat dictum
Franciscum filium legitimum & naturalem, eum
que tanquam talēm hæredem instituit, unde legitimi-
matio filiationis probationem refutare firmant Bald.
in cap. ex transmissa num. 4. de restit. spoliar. & ceteri
apud Peregr de fideic. art. 43; numer. 77. Gregor decis.
349. num. 5. Rota in Romana fideicommissi de
Iustis 5. Maii 1646. Melito, & in aliis frequen-
ter.

Secundò ex fide baptismatis, quæ licet attendi solita quoad item, non attendatur quoad filiationem, attamen vel administrata attenditur, vel administratum præstat Cavaler. decis. 128. numer. 2. decis. 155. num. 7. & decis. 709. num. 5. in eamdem Romana de iustia & in aliis; Tertio ex communi fama & reputacione in loco; Et quartò ex probatione, quod Faustina, quam ex attestacione Patochi constabat fuisse dicti Camilli uxorem, semper dictum Franciscum tangquam filium legitimum & naturalem tractavit utpote ex dicto Camillo unico vito ful

ceptum, quæ omnia satis abundant, portissimum quia non agebatur de questione filiationis principaliter sed incidenter ad effectum successionis, quo casu minores probations sufficiunt iuxta receptum cons. 27. *Geminiani*, atque quotidianum in foro habemus, neque super hoc rei conventi defensores multum insistebant, dum ipsem reus sciebat fratrem habuisse uxorem, ex qua filium suscep-
rat.

Major igitur infirmitas erat super identitatem vel
respectivam suppositione personae, quæ judicem
difficiliorem magis oculatum reddebat, stante casu
supra insinuato, cuius memoria etat recens in Ur-
bis. Iste autem punctus videbat magis facti
quam juris, in quo tantum ego deducbam pro a-
ctore regulam deductam ex doctrina Bart. in l. s.
remf. de rei vindic. quod cum suppositio persona
importet gravissimum falsitatis delictum in dubio
non presumendum, idcirco ubi docetur de con-
cordantia in nomine, cognomine & patria, identi-
tas presumitur, donec de contrario doceatur, quia
non presumitur pluralitas personarum ex deductis
per Farinac. de falsitate quest. 158. num. 141. Mascal.
de probab. conclus. 504. numer. 2. Menoch. lib. 6.
presump. 15. numer. 40. Rota decis. 681. in fine par. 3.

Plura verò resultabant admīnicula vchementia,
Cardin. Luca de Fideicom.

quæ dictam juris præsumptionem corroborabant; Primo exhibito scripturarum quæ non nisi per ipsum Franciscum haberi poterant, quies de surreptione non constaret, nempe notulæ originales dicti Camilli patris, ac epistola ab eodem reo convento scripta eidem Camillo, necnon liberatio domini Turce à servitute cum aliis similibus, ideoque deducebam propositionem, quam in foro fatis frequentem habemus super mandato præsumptio refutante ab exhibitione illarum scripturarum, quæ non nisi ab ipso principali haberi possunt Gregor. & Add. decis. 331. Add. ad Buratt. decis. 294. cum aliis apud eos; Secundæ à recognitione, quam idem Franciscus ab infidelium servitute regrediens de eius persona fieri curavit in Civitate Veneriarum per plures Cretenses, præsertim concives Civitatis Rectimi per Turcas jam occupatae, & quæ recognitio confirmata fuit in Urbe per quendam nobilissimum ac probatæ fidei virum eiusdem Civitatis Rectimi, qui cum familia ob dictam Turcarum occupationem in Urbe vivebant; Et tertio ob vicinitatem temporis inter dictam recognitionem factam Venetii, ac accessum ad partiam predictam Fanensem, intermediaente postmodum, dum hæc disputabantur spatio triennii intra quod ille Franciscus, qui Venetiis recognitus fuerat comparuisset, five aliquis diversus nunciis de eo habitus esset; Et ex qua circumstantia dicebant cessare illas difficultates quæ cedebant in se supponentibus ut supra Regem Sebastianum vel Andream Cafalem, dum in iis casibus, vel concludentes probationes, vel urgenter admiracula obstabant, tam super utriusque morte, quam quod persona, quæ comparebat non haberet qualitates in dicto Andrea concurrentes, Quinimò refert Apont. ubi supra, quod ille qui se supponebat Regem Sebastianum, esset quidam Calaber habens uxorem & filios, unde propter ea convicta hac veritate, quamvis penæ ordinariam luet debet, at tamen ex prudentiis libius motivis transmissus fuit ad Hispaniæ tricemes, ut ibi publicè & palam à Nationalibus videri posset, ne alias cum condemnando ad mortem, diversa apud populos remanente posset opinio.

In proposito item legitimatio[nis] personæ absolu[tum] atque quotidianum est in præxi, illam faciem[us]t esse, in hac præsertim fideicommissaria materia per eum qui ad fidelicem missum agit, etiam cum qualitate, qua pro illo necessaria est, ut praesertim contingat in qualitate legitimæ filiationis ex matrimonio, adeo ut si testator vocet legitimos & naturales in constantia matrimonii, nedum natos, sed etiam procreatos, non sufficiat docete de matrimonio, ac nativitate in ejus constantia, nisi doceatur de existentia matrimonii tempore conceptionis ex deductis per Rotam decis. 105. par. 9. rec. Et generaliter de obligatione probandi hanc qualitatem habetur in supra allegatis Bononiens. de Villoriis & Nalcentorius dila. 68. & 69.

Quamvis enim quæstio sit inter DD. an probata filiatione, presumatur probata qualitas legitimatis ex deductis per *mascard.* de *probat.* conclus. 799 *Peregr.* de *fidei.* art. 43. num. 70. & sequen. & melius per *Casjär.* de *Graff.* decis. 1. qui h̄tū sint legitimū; Attamen in Curia attenditur persona actoris vel rei, si enim ille de cuius filiatione cum dicta qualitate agitur, sit reus & posselot, cui dicta qualitas defectus objiciatur; tunc ille qui eum allegat probare debet, secus autem econversō ubi est actor, ut bene in dicta decis. 1. Cas. de *Graff.* quoniam in

DE FIDEICOMMISSIS

452

Curia recepta est opinio generalis, ut auctoris obligatio sit plenè & concilienter probare suam intentionem, neque in iis, quæ sunt actionis fundamentum attendatur probatio præsumpta ex deduc-
tis per Adden ad Gregor. decif. 53. num. 5. in fine Buratt. decif. 763. numer. 8. Merlin. decif. 368. num. 4. alias decif. 202. par. 5. rec. & sepius. Ac habemus præsertim in materia textus in aut. res qua Cod. commun. de legat. super puncto probationis subsidiari scilicet adscendent vel respectivè non adscendent alia bona libera, in quorum defectum tantum tale beneficium competit, quoniam licet plures desuper habeantur opiniones, attamen in Curia proceditur cum dicta distinctione, ut in sua materia sub iur. de dot. pluries, præsertim decif. 145.

Adhuc tamen in tina Romana fideicommissi de Magrinis disputata coram A. C. inter Julianum Magrinum agentem ad fideicommissum ordinatum à Joanne Baptista Magrino ad favorem proximiorum legitimorum de familia in casu mortis Joannis ejus filii pupilli in eadem pupillari atate defuncti, contra Crescentiam Brunettam dicti pupilli matrem & heredem, Ego scribens pro rea coventa ex præmissis auctoritatibus opponebam de defectu legitimatis personæ ex eo quod, licet probaret, le ac ejus patrem esse legitimos ac naturales per matrimonium descendentes à Juliano filio Margrini, à quo descendebat etiam testator, noti tamen probabatur dictum Julianum esse filium legitimum & naturalem dicti Margrini, & consequenter legitimum fratrem ejus, à quo testator descendebat; At-tamen oppositio neglecta fuit, tam per judicem quam per Signatutam ex eo quod ageretur de facto antiquo, quodque in antiquis non constito saltu administrativè de contrario, ista præsumptio sufficeret, juxta firmata per Peregr. dict. art. 43. num. 71. Neque occasio dedit id formiter disputare in Rota,

tum confusa sunt cum aliis, id est identitas probari, seu distinguenda possit.

SVM MARIVM

- 1 Acti series.
- 2 Fideicommissum, si vere non adest.
- 3 Item non potest facere, quod bona sint fiduciaria, si vere non sunt.
- 4 Heres potest impugnare confessionem erroris.
- 5 Error non presumitur, & contraria positiva ratione illam excludit.
- 6 Quomodo negativa probanda sit ad confirmationem confessionis, quod bona non sunt fiduciaria.
- 7 Inventarium quam probationem faciat in proprio.
- 8 Ad dolosa omissione, aliquorum bonorum in inventario illud viciet.
- 9 De confessione pro exoneratione conscientia recipitur.
- 10 Quando dicuntur bona spectare ad fiduciariam, licet non sint hereditaria.
- 11 Quomodo probetur bonorum identiam & qualitatem sufficiantem.
- 12 De cont. 145. Fulgos, super identitatem bonorum sit.

DISC. CXCIV.

Marius Cerronus, Instituto hereditario Collegio Societatis Jesu Civitatis Imole, qui post in testamento & Codicillis respectivè determinatum ac possessiones spectare ad fideicommissum hereditatem Anteriori ejus avi, defecitibus agnatis, quos proinde nos modicissimamente dedit; Cum que sequuta morte testatorum contum esset, dominum in parte, ac aliquas terras, possessiones ab ipso testatore vel ejus parentibus esse, unde propteret confessio conversio erroris; Hinc prius ex parte dicti Collegii probitate consulitus fui, an dicta assertio impugnatur cumque meo responsu plures difficultates solvintur non obstante, sapientes de partibus aleam ibi experiti voluerint, introducita per collationem causa coram A. C. ex facti circumstantiis atque ob difficultates in meo responsu probitate excitatæ, contra Collegium refolum in incertumque remaneat, an causa ulteriore propositum habuerit cum post eam disputaram in consilium amplius accutum non audierim.

Dicebam igitur testibens in causa certam dictis propositionem, quod errorne confessio obmet considente restitutari potest, neque in causa judicium probat bonorum pertinentiam ad fideicommissum quoniam sicut non potest alicuius dulitas vel confessio inducere fideicommissum, non adest ei: ca ipsam substantiam fulgor. 145. 136. Rojas decif. 117. num. 23. Rot. dij. 50. num. 4. 20. rec. & decif. 112. num. 3. par. 11. & sepius in puncto illud inducere non potest circa accidentia honestum quod scilicet illa sint fideicommissaria, sed non sunt Rojas decif. 184. num. 5. & cetera dicta firmatur in Fanen. fideicommissi 23. Maii 1581. 17. Iunii 1662 coram Taja, quæ decisiones edicta fuerint in causa, de quo disser. proced. idemque condendum venit hæredi, cui proinde non debet

IMOLEN. BONORUM

PRO

COLLEGIO SOCIETATIS JESU
IMOLÆ

CVM

CERRONIS.

Casus disputatus coram A. C. Et resolutus
pro Cerronis.

De materia identitatis bonorum spectantium ad fideicommissum, An & quando illa probetur per confessionem gravati; Et de aliis hujusmodi probationis speciebus, præsertim de præsumpta juxta conf. 145. Fulgos; Et quid ubi bona de quorum existentia non dubitatur, per grava-